

1184 egressis cum solis assistentem, mihi quoque benedixit ~~benedictio~~

Not. vult suadens ~~non~~ sollicitè suadens ea, quæ Dei sunt, et quæ pertinent ad sa- d. Matth. 22, 21

lutem anime, cum tali fine verborum ut diceret: Dilige, in-
quit, decorem domus Dei et opponere murum pro domo Israel. d. Psal. 25, 8

Moveor ad lacrimas, cum recordor lacrimatum meum, quas Ezech. 13, 5
tunc fudi ad verbum exhortationis ~~sa~~ eius. Quo facto V.

feria mane deinde circa horam nonam levante eum more
infirmantium super sellam ilico in sanctam venit mentis
inopiam, ut eadem hora crederemus expiraturum. Sed

obfuzum

post breve refocillatus est et in se reversus edidit hunc
versiculam: Nescio quid meruam, meruam tamen omnia

merens. Sequentem noctem duximus insonniam nos foris
circa eum, sorores intus psalmis, ymnis, letaniis, quæ mo-
rientibus dici solent, cum fletu sepius et lacrimis repetitis
deducentes et conducentes patrem agonizantem et iam iamque

Feb. 18. repassiantem. Facto itaque mane sabbati, duo ex fratribus eius,
Marsilius scilicet et Willhelmus, missam pro eo in honorem
sanctæ Mariæ semper virginis decantaverunt. Quod cum ei
predictus Marsilius indicasset, inclinato capite gratias egit et

calenus

ita respondit: Bene, inquit, fecistis. Cumque sorores misso nun-
cio instarent, ut etiam tunc communicaret, sic eatenus fe-
cerat, humiliter renuit ita dicens: O quam libenter, sed non

presumo, scilicet pro nimia debilitate. Quem ego videns iam
in extensis agensem affatus sum ita dicens: Domine, inquam,
ecce hora, quam semper expectastis, modo levate caput vestrum,
ecce appropinquat redemptio vestra, ad quod ita respondit: Luc. 21, 28

Quisnam! Inter hec et huiusmodi, quæ brevitatis causa

2) notand. in unguent. in unguent. d. S. S. S.

1) cf. Ordo Missæ, Lavabo.